Perillris et Admodum Rndus Bronikowski Venerabili Capitulo Premysliensibus Censum inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Premy:
sliensibus Perillris et Admodum Rndus Stanislaus Bronikowski Canonicus
Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Premysliensis, Praepositus Vonensis Ple:
banus Pilznensis sanus mente et corpore existens a Domo Diversitatibus Juribus
Innocentibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi
Capitan. Premysliensi Inscriptioni quo ad actum hunc attinet sensu et contextus
ac bonis suis quibus cedit totaliter et plenarie incorporando atque adjiciendo palam
libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Jus omne et integrum Jure
suo nominum de Summa Mille Quingentorum florenorum Polon. sibi Recogno:
scenti per Seniores Judaeos Premyslienses totamque Communitatem Synagogae
eorundem coram Actis Officii praesentis in vim Reemptionis alias na wyderkaff
Cum solutione Census annui Centum Viginti florenorum Polon. super omnibus bonis
suis inscripta et assecurata, uti de praesenti inscriptione Reemptionali Castrensi
Capitan. Premysliensi Feria Sexta in crastino Festi Sancti Francisci Confessoris
Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto perpetrato Infidelibus
Senioribus Judaeis Premysliensibus recognitae in se de praemissis latius Cum omni praemis:
sorum Jure Dominio proprietate competentiaque et praerogativa quavis Inscriptionis
praefatae reempturalis Conditionibus, punctis Clausulis articulis ligamentis acne:
xibus generaliter Universis Summaeque et bonorum utilitatibus fructibus proventibus
redditibus commodis emolumentis obventionibus ac terrenis et pertinentiis generaliter
Universis, Nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et praero:
gativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu ex:
cipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat
ipsumque illud concernebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto Per:
illustribus et Admodum Rndis Praelatis et Canonicis suis Confratribus
totique Venerabili Capitulo Ecclesiae Cathedralis Premysliensis iure et in perpetuum

existenti Cum ea tamen Conditione et Obligatione Ut singulis annis post
fata sua Tertio Anniversarium pro anima die obitus ipsius in Ecclesia
Cathedrali Premisliensi iuxta ordinationem inscriptam celebrent nimirum
eadem die obitus Recognoscentis immediate ante missam Cantatam Anni
versarij Cantabitur Officium Defunctorum cum tribus nocturnis et Laudibus
Missa autem Anniversarij Cantabitur per Cantores Vocibus modulatis cum
Organo, Officium autem per Venerabiles Vicarios et Mansionarios Dabun-
tur autem praesentibus Perillustribus et Admodum Reverendis Dominis Praelatis et
Canonicis qui Officio et Missae aderunt floreni Sexaginta Polon. Cantanti
Missam floreni tres, Vicarijs floreni Quinque Mansionarijs floreni quatuor
Campanatoribus floreni duo pro Missis viginta pro anima Stanislai Sa-
cerdotis de requiem sub tempore Anniversarij ad altare Mansionariorum
quantum fieri poterit celebrandis floreni octodecem Musicis qui An-
niversarij missam cum organo Cantabit floreni quatuor, Pauperibus qui
ad mortuar Maliciano intervenerint floreni quatuor Baccalaureo Scholae
qui cum pueris praesens aderit floreni Uno Perillustri et Admodum Reverendo
Procuratori pro labore suscepto floreni quatuor, Ad Cera pro Duplicibus
seu Lilio impensis floreni sex pro Capitulo cereis albis annuatim emendis,
cum quibus singulis diebus Dominicis et Festis Perillustres et Admodum Reverendi
Domini Praelati seu Canonici ad adorationem Sacratissimi Sacramenti
sub tempore Missae Conventualis ante summum altare exire consueverunt floreni
octo pro Cera et Vino floreni Unus Festis et Condescendit pro Celebrat et con-
descendit praesentibus, Omnemque et integram Summam sic ad praemissa ser-
viendi in personas earum Perillustrium et Admodum Reverendorum Praelatorum et Canonicorum
suorum Capitulum totiusque Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathedralis Premislien-
sis et in posterum existentibus Successoribus suorum ipsorumque succedaneis
totaliter et plenarie transmittit, transfundit, et incorporavit, prout transfert trans-
fundit, et incorporat praesentibus, In quod quidem sic praesens sessuro
Summam atque Bona praemissa que omnia praesenti hoc per se Recognoscens sessa

Cessa idem supra scriptus Recognoscens Perillri et Admodum Rndo Stanislao Bronikowski Canonico Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali Premysliensi supra nominato Perillribus et Admodum Rndis Praelatis Canonicis Confratribusque suis totique Venerabili Capitulo Premysliensi Cessionariis suis dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Altelatos quemcunque competenter et Legitime devolutae quaecunque videlicet acceptandam. Perquos Perillres et Admodum Rndos Praelatos Canonicos Confratresque suos totumque Venerabile Capitulum Premysliense Cessionarios suos et illorum successores loco idem Suos praesenti Cessionem summam ac bona summa eadem onerata in Fragmento praesentibus transfusa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus competentia et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Usufruendi, ac ad suos suorumque Successorum quos suis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter convertendi Ipsa Juris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentibusque Cessi et transfusi Vigore. Salvo nihilominus Usufructu pensionis seu Census annui à Summa suprascripta Capitali praemensi sibi Recognoscenti ad vitae tempora pleno in robore reservato.

Perillris et Rndus Januszowicz Canon. Premyslien. Rndo Concionatori Eccliae Praepositurae Samborien. Cedit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Perillris et Admodum Rndus Joannes Januszowicz Canonicus Premysliensis Samboriensis Labaczowiensis Praepositus sanus mente et Corpore existens à Terrenis Districtibus Judiciis Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Jurisdictioni quoad actum